



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1857

LXXVI. Hampo von Kirchberg verkauft unter der Mitbürgschaft der Ritter
Henning von Plaue und Yo von Königsmark der Gewandschneidergilde in
Salzwedel Hebungen aus verschiedenen Dörfern, am 7. Juni ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54909](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54909)

omnia et singula facienda fideiussores dedi strenuos viros Dominum Bernardum de Schulenborch, militem, Henricum de Bodenstede et Bodonem de Walfstone, famulos, Castellanos in Soltwedele, qui una mecum et cum filio meo Iohanne fide data honorabili viro domino Siffrido, prefati monasterii preposito, et domino Thiderico, dicto monetario, ad manus monasterii ejusdem taliter promiserunt, Quod si ego et filius predictus infra triennium prefatum per mortem decederemus, tunc eidem mei fideiussores proprietatem bonorum sepedictorum sicut et nos procurare supra nominato monasterio tenerentur. In quorum omnium evidentiam pleniorum eorundem meorum fideiussorum sigilla una cum meo sigillo presentibus sunt appensa. Datum et actum anno domini M^o. CCC^o. XVI^o., in die B. Margarethe virginis gloriose.

Gercken's Dipl. I., 296—298.

LXXVI. Hampo von Kirchberg verkauft unter der Mitbürgerschaft der Ritter Henning von Blawe und Yo von Königsmark der Gewandschneidergilde in Saltwedel Gebungen aus verschiedenen Dörfern, am 7. Juni 1318.

Que geruntur in tempore, simul cum tempore depereunt, nisi testibus ydoneis ac literis debitis solidantur. Nouerint igitur vniuersi, ad quos presens scriptum fuerit deuolutum, quod Ego hampo, famulus, de Kerberghe dictus, de libero arbitrio discretis viris thiderico, bolk dicto, et wedeken thuriczen, magistris contubernii sine fraternitatis pannicidarum antique ciuitatis Saltwedele, que proprie gilde dicitur, necnon consulibus ibidem ac omnibus ipsorum successoribus quinque choros sigrinis In redditibus singulis annis cum aduocacia et cum omni Jure, sicut haecenus possedi, iusto venditionis tytulo pro LVII marcis stendal. argenti vendidi ad veram proprietatem habendos, Jacentes In villa Gardiffe In curia Gheren Swechten II choros, In curia arnoldi fabri ibidem I chorum, In villa plote In curia Gheren bezendal I chorum, In curia rolekini, fratris sculteti ibidem, I chorum, Item In curia sculteti In Gardiffe I chorum, quem predictis quinque choris apposui, vt de eo Interim, quod super hiis bonis proprietatem non possem ordinare, precaria a prefatis magistris per tres annos daretur expedite. Quorum bonorum proprietatem a festo penthecostes proximo ad tres annos asuturos omni dolo postposito antedictis magistris et consulibus medio tempore debeam finalius procurare, quo autem facto predictus I choros ad vltus meos, sicut prius, libere reuertetur. Ad habendam igitur huius rei ampliorum certitudinem dominus henninghus de plawe et yo de konningesmarke, milites, prefatis magistris eiusdem contubernii, nec non hinrico gladiatori et Johanni plumoni, magistris burgenium et consulibus in Saltwedel, Thiderico witinghe, Johanni mechowe, hermanno laico et waltero hartwici, Conciuibus ibidem, vna mecum data fide pro eadem caucione vnita manu et insolidum promiserunt. Igitur si iam dictam istorum bonorum proprietatem infra tempus prescriptum procurare non sufficerem; extunc sepedictis magistris et consulibus et eorum successoribus prelibatam pecuniam prescise et expedite sine mora soluere debeam prefato termino expirante: quod si non facerem aut si negliger preterirem, extunc mei compromissores vna mecum ciuitatem parleberghe intrabunt, non exituri, nisi prius sepedicta pecunia infra mensem fuerit plenarie persoluta, aut nisi de predictorum plena fuerit amicitia et fauore. Prefertim si ex meis compromissoribus supradictis aliquem medio

tempore, quod dominus auertat, mori contigerit, ego predictam munitionem intrabo non exiturus, nisi prius infra mensem loco defuncti alium statuam eque dignum, et sic e contrario mei compromissores, si me medio eodem tempore, quod absit, mori contigerit, supradictam munitionem subintrabunt non exituri, nisi loco mei alius eque dignus statuatur. Huius testes sunt: Johannes, plebanus in kerberghe, Vritze de koningesmarke, Coppeke, scultetus in kerberghe, et alii quam plures fide digni. Vt igitur hoc factum ratum et inconuulsum permaneat, presentem paginam super eo conscriptam meo sigillo et meorum compromissorum duxi validius roborandam. Datum et actum Anno domini M^o. CCC^o. XVIII^o., quarta feria ante festum penthecostes.

Nach dem Original im Archiv der Stadt Salzwedel, Fach 14, No. 9.

LXXVII. Markgraf Woldemar verzeignet dem h. Geist-Kloster zu Salzwedel Besitzungen in Biffum, welche es von den Rittern Friedrich und Heinrich von Scheplitz erkaufte hat, am 1. Januar 1319.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis Amen. Ad perpetuam rei geste memoriam. Nos Woldemarus, dei gracia Marchio Brandenburgensis et Lusacie, omnibus hanc literam visuris vel auditoris salutem in virginis filio gloriose. Quoniam ea, que geruntur in tempore, simul etiam cum tempore labuntur nisi scripture testimonio et testium annotatione deducantur in noticiam futurorum; Hinc est, quod nos ea, que fiunt a nobis racionabiliter volentes esse manifesta tam presentibus quam futuris, recognoscimus in hiis scriptis publice protestantes, quod diuine retributionis intuitu et ad instanciam nostrorum fidelium Frederici et Henrici, militum de Schepelizee dictorum, de nostrorum consensu heredum donauimus monasterio sancti spiritus prope ciuitatem nostram Saltwedele canonicorum regularium proprietatem et aduocaciam vnius curie in villa viffem, cum altero dimidio manso ac aliis agris, que vulgariter morgenlant nuncupantur, soluentes duos choros filiginis annuatim, vnum colatum, sextam partem prefecture cum iudicio, beneficii seu ecclesie collacionem in eadem villa cum omni iure tam in agris cultis et incultis quam in pratis, aquis, nemoribus suisque pertinenciis vniuersis, prout iam dicti milites de Schepelizee eadem bona a nobis in pheodo tenuerunt, et a quibus iidem canonici ipsa emerunt pecunia persoluta in perpetuum possidenda. Insuper volumus monasterium prelibatum in hiis bonis ab exactionibus, angariis, perangariis et seruiciis quibuslibet liberum esse penitus et absolutum. Vt autem hec nostra donacio inconuulsa permaneat et a nemine hominum in posterum infringi valeat, presentem paginam super hoc confectam sigilli nostri munimine duximus roborandam. Huius vero nostre donacionis testes sunt strenui viri dominus Johannes droysfeko, dapifer noster, dominus Johannes et dominus Henricus, ipsius filii, dominus Bernardus et dominus Wernerus de Schulenborch, fratres, milites, Boldewinus et Hunerus de Knefebeke, Bode et Siffridus, fratres de walftowe, famuli, alique quam plures fide digni. Datum Anghermunde, Anno domini M^o. CCC^o. XIX^o., feria secunda proxima post festum sancti Johannis Apostoli et Ewangeliste.

Aus Klöden's Abdruck (Wald. II, 518) nach dem Original im Königl. Geh. Staatsarchive zu Berlin.